

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Consideratio status damnatorum, quod actiones ipsorum
in primis malas, concernit**

Fecht, Johann

Durlaci, 1680

XXIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-122744](#)

XXIX. Georgius Calixtus, Professor quondam Julius, Tratatu de Bono perfectè summo, p.46. l. De statu intellectus, ait, judicari potest de statu voluntatis damnatorum. DEum enim, quoniam ex effetu acerbissime pœna, tanquam iratum & vindicem concipiunt, tantum abest, eos amare, ut potius odio habeant & aversentur. Beatis quoque gloriam suam invidebunt & propter obstinationem perverse voluntatis, malling omnes eadem secum damnatione involvi, quam aliquos salvari. Post pauca: Propter acerbitatem itaque pœnarum erit in voluntate hominis damnati odium DEI, odium suipſus & facinorum suorum, invidia, tristitia, impatientia, & denique, quoniam novit, nullam spem liberationis superesse, desperatio, ut voluntate deliberata, non tam rectum quam erroneum judicium secutâ, malint non esse, quam sic esse. Denique luculentius: Quoniam autem in viâ amplius non sunt, sed in ultimo termino, ut conditionem suam neque meliorem neque deteriorem facere possint: inde emergit dubitatio, num perversâ istâ suâ & à Deo aversâ voluntate propriè loquendo peccent? Sanò quum lex de DEO amando & ne vel ipse vel proximus odio habeatur, eterna sit, nec obligare unquam definit, quicquid à voluntate sive in hac vitâ sive in alterâ contrarium committitur, peccatum est. Quod tamen in alterâ committitur, ita peccatum est, ut penam non augeat. Sic enim in ultimo termino non essent. Nempe quemadmodum amor ille maximus & rectissima voluntas beatorum, non est meritum sive medium, quo amplior gloria acquiratur, sed præmium: ita quoque odium & perverſissima voluntas damnatorum non est meritum acrioris & ulterioris pœnae, sed ipsa sibi est supplicium.

XXX. Dionysius Petavius, Aurelianensis, doctissimus Jesuita Gallus, qui dogmatum Theologicorum Tomos scripsit, Anno M DC XLIV. Tom. III. Lib. III. de Angelis, cap. IV. disputat ex antiquorum sententiâ, Angelos malos, quamquam aliquid pœnarum infernaliū hodie patiantur, nondum tamen summum extremumque earundem, etiam quod essentialē pœnam attinet, sustinere, cui & injurias DEO illatas adnumerat: Falluntur, inquit, qui quod post judicium demones, eterno inclusi carcere, nullam amplius ultrò citroque discurrendi potest, atem habebunt, neque tentare homines poterunt, aut eorum dannis novas eorum conditori injurias facere, tum quod ignominia tum majore & invidiâ cruciabuntur: ideo Patres existimant, demones in id tempus condemnationem pœnamque distulisse. Sed aliter judicare necesse fit eum, qui in eorum dicta scriptaque intenderit animum. Projecto enim tales eis